RosDok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Kaiserliches Diplom für die Gründung der Universität Bützow und Auszug aus den Universitätsstatuten : Mss. orient. 281.5

[Nachlassmaterialien], [Bützow], [ca. 1762-1770]

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn896147479

Nachlassmaterial Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK ROSTOCK

Diploma Caesareum
pro
Sereniſſimo Principe ac Domino
Dn: Friderico
Duce Megapolij etc.
ad erigendam
in aliqua
Suarum Provinciarum
civitate
Academiam
Sacro Imperio Romano
Subiecta
d.d. Viennae III mensis Octobris
1758.

Nos Franciſcus Divina Favente Clementia Electus Romanorum Imperator, Semper Auguſtus, ac Germaniae et Hieroſolymorum Rex, Dux Lotharingiae, Barri, et Magnus Hetruriae Dux Calabriae, Geldriae, Montiſferrati, in Sileſia Teſchenae, Princeps Carolopolis, Marchio Sueſſionti et Nomenei, Comes Provinciae, Valdemontis, Albemontis, Zutphaniae, Saarwerdenae, Salmae, Falckenſteinii etc. etc.

Ad perpetuam rei memoriam notum, teſtatumque facimus tenore praeſentium Universis: Quemadmodum Noſtri in Romano Imperiali Praedeceſſores, Romanorum Imperatores ac Reges, publica suae liberalitatis, Munificentiaeque Argumenta ad excolendas praeſertim magis magisque artes liberales edere Semper conſueverunt; Ita et Nos pro innata Nobis benignitate peculiarique Noſtro erga Scientias affectu, ex quo Dei Opt. Max. gratia ad Majeſtatis humanae atque Dignitatis Caeſareae Suprematum vocati, exaltatique Sumus, singulari Nobis curae ducimus, ut diuersa Scientiarum Studia per universas Sacri ~~Imperii~~ Romani Imperii Provincias in fundatis dotatisque hunc in finem Universitatibus, Academiis, Gymnaſiis et Collegiis iugiter foveantur promoueantur, et condignis honorum ac praemiorum praerogatiuis excitentur, Noſtroque Auſpicio felicia incrementa eo conſequantur, quo praeclara ibidem Studioſae iuventutis ingenia ſolicite excolantur et in viros euadant, qui pro Choro et Foro apti doctis ſuis conſiliis ac rerum gerendarum ſcientiis vtrique Reipublicae utiliter adeſſe, imo et praeeſſe valeant. Cum itaque Nobis Sereniſſimus

Fridericus Dux Megalopolis, Princeps Vandaliae, Suerini et Razeburgi, ac Comes Suerini et Razeburgi, Provinciarum Rostochii et Stargardiae Dominus, Princeps et Consanguineus Noster charissimus Submisse exposuerit, Se ab eo, quo Ducatui Suo praeest, tempore, id sibi ex paterno in Subditos et Incolas amore praecipuae curae fuisse, ut iis eorumque posteris non tantum de maiori semper scientiarum et colendarum opportunitate, sed etiam de collapsi commercii restauratione consumptionisque penuria tollenda et sublevanda per Universitatis erigendae florem prospici queat; Additis precibus, ut ad jam utilem laudabilemque scopum consequendum Eidem Caesaream Nostram facultatem ~~Suę~~ erigendi in quadam Provinciarum Suarum Civitate Studium Universale, seu Universitatem quatuor Facultatum, nempe Theologicae, Juridicae, Medicae et Philosophicae, cum iisdem Privilegiis, quibus ex Imperiali Concessione Divi quondam Imperatoris Caroli Sexti, Praedecessoris Nostri, de Anno millesimo septingentesimo trigesimo tertio Universitas Göttingensis in Electoratu Brunsvico-Luneburgensi potitur et gaudet, clementer impertiri dignaremur; Nos Dilectionem Suam pro insigni ejus erga Nos observantia fideque in Res Nostras, ac Sacri Romani Imperii Studio propenso Caesareae Nostrae benevolentiae affecta aliunde prosequenter justis et aequis eius Precibus clementer annuendum duximus, prout vigore hujus Nostri Caesarei Diplomatis in eum, qui sequitur modum, annuimus. Ac proinde ex certa Nostra Scientia, Animo bene deliberato, et mature accedente consilio, deque Caesareae Nostrae Potestatis et Authoritatis plenitudine praefato Serenissimo Friderico Duci Megalopolis, Principi et Consanguineo Nostro Charissimo facultatem et potestatem erigendi in aliqua Suarum Civitatum, Nobis et Sacro Romano Imperio subjecta Sublimius Gymnasium, sive Academiam et Studium universale omnium Artium liberalium et Scientiarum in quovis Gymnasio, Universitate, sive Academia per Universas Nostras et Sacri Imperii Ditiones publice proponi ac doceri solitarum clementer concessimus, prout hisce ditam facultatem et potestatem concedimus et elargimur, ita videlicet, ut id Gymnasium sive Academia ac Studiorum Universitas per praememoratam Dilectionem Suam in aliqua Suarum Civitatum /: sine praejudicio tamen vicinarum Universitatum :/ erigi ac fundari possit et valeat, et quandocunque erecta fu-

fuerit, cum omnibus in ea comprehensis Professoribus, Doctoribus, Scholaribus, adeoque universa juventute literis ibidem operam navante, aliisque ad eam pertinentibus Personis aequo jure censeatur, pari Dignitate aestimetur, omnibusque immunitatibus, privilegiis, libertatibus, honoribus, praerogativis, juxta aliae per Germaniam Universitates, earumque Membra utatur, fruatur, potiatur et gaudeat.

Volentes et eadem authoritate Nostra Caesarea decernentes, quod Professores et Personae idoneae, per solepne memoratum Megapolis Ducem, Eiusdemque ad hoc Delegatos deputandi possint et valeant in praedicta Universitate, seu Studio Universali, profiteri, et Lectiones, Disputationes atque Repetitiones publicas facere, Conclusiones palam discutiendas proponere, interpretari, glossare, et dilucidare, omnesque actus scholasticos exercere, eo modo, ritu et ordine, qui in coeteris Universitatibus observari solet.

Porro cum ipsa Studia eo feliciori gradu procedant, et majus sumant incrementum, si praeclaris ingeniis et disciplinis ipsis suus honos et dignitatis gradus statuatur, atque emeriti aliquando digna laborum suorum praemia consequantur, statuimus et ordinamus, ut per Collegia Doctorum seu Professorum, electis ad id idoneis, et prae coeteris excellentioribus, si qui ad lumendam palmam certaminis sui habiles indicati fuerint, adhibitis prius per ipsos Doctores et Professores, pro more et consuetudine solemnitatibus et ritu in coeteris Universitatibus observari solitis, rigoroso et diligenti examine: in quo conscientias ipsorum Professorum oneratas volumus: eos, qui se examini submiserint, atque pro more et juxta Statuta, Scholarchis per aliquos dignos, et honestos Viros praesentari se fecerint, possint ad ipsum examen admitti, et invocata Spiritus Sancti gratia examinari, et si hoc modo habiles, idonei, et sufficientes reperti atque indicati fuerint, Baccalaurei aut Magistri vel Licentiati vel Doctores pro uniuscujusque scientia et Doctrina creari, et hujusmodi dignitatibus insigniri, nec non per Bireti impositionem et Annuli ac Oculi traditionem coeteriisque consuetis solemnitatibus investiri, et solita ornamenta atque insignia ~~pae~~ ~~dictarum~~ dignitatum praedictarum eis tradi et conferri, quodque Baccalaurei aut Magistri vel Licentiati vel Doctores in eadem Academia promoti et pronuncandi debeant et possint in omnibus locis et terris Sacri Romani Imperii et ubique locorum ac Terrarum libere omnes actus Professorum legendi, docendi, interpretandi, et glossandi facere et exercere, quos coeteri Professores Baccalaurei, Magistri, Licentiati et Doctores in aliis Studiis privilegiatis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn896147479/phys_0003
DFG

promoti et insigniti exerient et exercere possunt et debent de Jure et Consuetudine.
Praeterea recipimus Eandem Universitatem a Serenissimo Friderico Duce Megalopolis galopolis in aliqua suarum ciuitatum, vt supra, exigendam, in Nostram et Successorum Nostrorum Romanorum Imperatorum et Regum singularem Protectionem, Saluam Guardiam, atque Patrocinium, volumusque et decernimus per praesentes, quod Scholastici dignitatem seu gradum aliquem in dicta Universitate assumpturi gaudeant, et potiantur, vti, frui, gaudere et potiri possint et debeant omnibus et quibuscunque gratijs, honoribus, dignitatibus, praeminentijs, immunitatibus, privilegijs et indultis ac alijs quibuslibet, quibus Universitas Heidelbergensis, Ingolstadiensis, Friburg Tubingensis, Colonienſis Ingolstadienſis, Friburgenſis, Rostochienſis, Julia-Helmstadienſis, Argentoratenſis, Argentoratenſis, Halenſis Saxonum et Göttingenſis in Electoratu Brunſvico-Luneburgenſi, ac alia Studia privilegiata, et Doctores Licentiati, Magistri, Baccalaurei, et Scholastici in Supradictarum Facultatum vna vel altera isthic promoti aut aliqua Dignitate seu Gradu insigniti, gaudent, vtuntur, fruuntur et potiuntur, quomodo libet consuetudine vel de jure, non obstantibus aliquibus privilegijs, indultis, praerogatiuis, gratijs, Statutis ordinationibus, exemptionibus exemptionibus aut alijs quibuscunque in contrarium facientibus, quibus omnibus et singulis ex certa Nostra scientia, animo deliberato, et motu proprio per hoc Diploma Nostrum derogamus et derogatum esse volumus, dummodo tamen nihil scandalosum vel bonis moribus contrarium, aut sacri Romani Imperii Constitutionibus aduersum, sive Professores sive Studiosi ibidem doceant vel scribant, aut doceri, scribi, in Lectionibus aut disputationibus publicis proponi, aut scripto vel Libris, siue clam sive palam vulgari permittant.
Concedimus insuper et elargimur benignam Facultatem ac Potestatem, vt Doctores et Scholares in erigenda Universitate existentes ad exemplum reliquarum Universitatum, praeuio tamen Consensu mentionati Serenissimi Ducis Megalopolis, eiusque Successorum, Statuta condere, Ordinationes facere, nec non Pro-Rectorem ac Pro-Cancellarium: quippe a libero Dilectionis suae ac Fundatoris, Eiusque Successorum arbitrio et Beneplacito dependere volumus, vt sibi Ipsimet dignitatem Rectoris et Cancellarii reservent, aut si et quotiens voluerint, Universitati liberam et aliis Universitatibus consuetam eligendi Rectores et Cancellarios facultatem elargiantur: nec non alios Officiales pro lubitu et exigentia creare et facere possint et valeant.
Quo etiam saepe nominatus Dux Megalopolis eiusque Successores benignam Animi Nostri propensionem quoad hanc erectionem et fundationem magis magisque experiantur, motu, scientia, et authoritate, quibus supra, Pro-Rectori ad
ad eum, quo diximus, modum constituendo vel eligendo, sive Rectoratus Mune-
re

re deinceps in eadem Universitate quoquo tempore functuro: pro illo tempore quo
mox dicta dignitate gaudebit:/ Comitivam Sacri Lateranensis Palatii Ae-
laeque Nostrae Caesareae et Imperialis Consistorii contulimus, dedimus
et elargiti sumus, prout tenore praesentium clementer conferimus, damus
et elargimur, eumque pro supra fato temporis, nempe dignitatis, termino
aliorum Comitum Palatinorum Numero et Consortio: hac tamen lege, ne Comi-
tis titulo, omisso Palatini verbo, unquam utatur:/ gratiose aggregamus,
et adscribimus, Decernentes et hoc Imperiali statuentes Edicto,
quod ex hoc perpetuo deinceps tempore, donec et quamdiu dicti Provectoris
muneri praefuerit, infra scriptis Privilegiis, Gratiis, Juribus, Immunitatibus
Honoribus, Exemptionibus, Consuetudinibus et Libertatibus uti, frui, et gaudere
possit et valeat, prout iisdem coeteri Sacri Lateranensis Palatii Comites
hactenus usi et potiti sunt, seu quomodolibet utuntur, et potiuntur Con-
suetudine vel de Jure. Ac imprimis, Ut possit et valeat per
totum Sacrum Romanum Imperium et ubique locorum ad Terrarum Notarios
Publicos seu Tabelliones et Judices Ordinarios creare ac facere, et virtuosis
personis, quae fide dignae, habiles et idoneae fuerint: super quo conscientiam
eiusdem Pro-Rectoris oneratam volumus:/ Notariatus, seu Tabellionatus
et Judicatus ordinarii Officium concedere et dare, ac eos, et eorum quemlibet
per pennam et calamarium, prout moris est, de praeditis investire, dummodo
tamen modum et numerum non excedat, et ab iisdem Notariis Publicis, seu
Tabellionibus et Judicibus Ordinariis per eum creandis, ac eorum quolibet
vice ac nomine Nostro et Sacri Imperii, et pro ipso Romano Imperio debitum
fidelitatis recipiat corporale et proprium Juramentum in hunc videlicet modum:
Quod erunt Nobis et Sacro Romano Imperio, Omnibusque Successoribus Nostris
Romanorum Imperatoribus ac Regibus legitime intrantibus fideles, nec
unquam intererunt Consilio, ubi Nostram periculum tractetur sed bonum
et salutem Nostram defendent fideliter, et promovebunt, damnaque Nostra
pro sua possibilitate vetabunt et avertent. Praeterea Instrumenta
omnia tam publica quam privata, ultimas Voluntates, Codicillos Testa-
menta, quaecunque Judiciorum Acta, ac omnia alia et singula, quae
ipsis et cuilibet ipsorum ex debito dictorum officiorum facienda accur-
rerint, vel scribenda, juste, pure, fideliter, omni simulatione, machina-
tione, falsitate, et dolo remotis, scribent, legent, facient atque dictabunt
non attendendo odium, pecuniam, munera aut alias passiones et favores,
Scripturas vero, quas debebunt in publicam formam redigere, in membranis
mundis, non chartis abrasis aut papyreis, fideliter secundum Locorum con-
suetudinem conscribent, legent, facient atque dictabunt: Causas Hospitalium
et miserabilium Personarum, nec non Pontes et Stratas publicas pro viribus
promovebunt, Sententiasque et dicta testium, donec publicata fuerint, et ap-
probata, sub secreto fideliter retinebunt, ac omnia alia et singula recte,
juste, et pure facient, quae ad dicta officia quomodolibet pertinebunt Con-
suetudine vel de Jure. Quodque huiusmodi Notarii Publici, seu Tabel-
liones et Judices Ordinarii per eum creandi possint et valeant per totum
Romanum Imperium et ubilibet locorum ac Terrarum facere, scribere et publi-
ca-

care Contractus, Judiciorum Acta, Instrumenta et vltimas Voluntates, decreta quoque et authoritates interponere in quibuscunque Contractibus tale quidpiam requirentibus ac omnia alia facere, publicare, et exercere, quae ad Officium publici Notarii seu Tabellionis et Judicis Ordinarii pertinere et spectare noscuntur.

Decernentes, vt omnibus Instrumentis et Scripturis per huiusmodi Tabelliones, Notarios publicos, siue Judices Ordinarios faciendis, plena fides vbique adhibeatur, in Judicio et extra Constitutionibus, Statutis et aliis in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunque. Similiter eadem authoritate Nostra Imperiali praenominato Pro-Rectori seu Rectoratus Munere fungituro indulgemus, vt possit et valeat personas idoneas, et in Poetica Facultate excellentes per Laureae Impositionem et Annuli traditionem Poetas Laureatos facere, creare, et insignire, qui quidem Poetae Laureati per eundem sic creati et insigniti possint et valeant in omnibus Ciuitatibus, Communitatibus, Universitatibus, Collegiis et Studiis quorumcunque locorum et Terrarum Sacri Romani Imperii, et vbique libere, absque omni impedimento et contradictione, in praefatae Artis Poeticae Scientia legere, repetere, scribere, disputare, interpretari et commentari, ac coeteros poeticos actus facere et exercere, quos scilicet alii Poetae et Laurea Poetica insigniti facere et exercere consueuerunt, nec non omnibus et singulis ornamentis, insignibus, privilegiis, praerogativis, exemptionibus, libertatibus, concessionibus, honoribus, praeeminentiis, favoribus et indultis vti, frui, potiri, et gaudere, quibus coeteri Poetae Laureati vbivis locorum et Gymnasiorum ac Universitatum promoti gaudent, fruuntur et vtuntur consuetudine vel de jure.

Insuper Ipsi praedicto Pro-Rectori concedimus et elargimur plenam facultatem, quod possit et valeat Naturales, Bastardos, Spurios, Manseres, Nothos et quoscunque alios, etiamsi Infantes fuerint, praesentes vel absentes, ex illicito et damnato coitu procreatos vel procreandos, masculos et foeminas, existentibus vel non existentibus aliis filiis legitimis, iis etiam aliter non requisitis, viventibus vel etiam mortuis eorum Parentibus: Illustrium tamen Principum, Comitum, Baronum, Equitum ac Nobilium exceptis: legitimare, eosque ac eorum quemlibet ad omnia et singula jura legitima restituere, omnemque geniturae maculam penitus abolere, ipsos restituendo et habilitando ad omnia et singula Jura Successionum et Haereditatum, bonorum paternorum et maternorum, etiam ab intestato, cognatorum et agnatorum, ac ad singulos actus legitimos in Judicio quam extra, perinde ac si de legitimo matrimonio essent procreati, objectione prolis illegitimae penitus cessante. Quodque illorum legitimatio per ipsum, vt supra, facta, pro juste et legitime facta maxime habeatur et teneatur, non secus ac si foret cum omnibus Juris solennitatibus, quarum defectus specialiter authoritate Imperiali suppleri volumus et intendimus, dummodo tamen Legitimationes huiusmodi non praejudicent filiis et haeredibus legitimis et naturalibus, quin ipsi legitimandi, postquam sic legitimati fuerint, sint et esse censeantur ac nominentur, et nominari possint et debeant vbique locorum tanquam Legitimi, ac legitime nati de familia et agnatione parentum suorum, ac arma et insignia eorum portare, ferreque possint ac valeant, non ob-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn896147479/phys_0006
DFG

obstantibus aliquibus Legibus, quibus cavetur, quod naturales, bastardi, spur-
res, nothi, vel alii quicunque ex illicito et damnato coitu procreati, vel procreandi, n
possint, nec debeant legitimari, Liberis naturalibus legitimis existentibus, vel sine volun
tate et consensu filiorum naturalium et legitimorum, aut agnatorum, aut feudi Do
minorum et specialiter in authen: quibus mod: nat: effic: leg: §. quib: mod:
nat: effic: sui per totum et §. Naturales, ff. de feudo contrav: fuer: inter Dom: et
Agnat: et L. jubemus, C. de emancip: Liber: et aliis similibus, quibus Legibus 4
et cuilibet ipsarum volumus expresse, scienterque derogari, neque etiam obstantibus
in praeditis aliquibus contrahentium dispositionibus, et defunctorum ultimis vo-
luntatibus, aliisque Legibus, Iisque omnibus Statutis et Consuetudinibus, etiamsi tales
essent, quae exprimi deberent aut de quibus hic mentio specialiter facienda esset:
Quibus obstantibus et obstare valentibus, in hoc casu dentaxat, ex certa scien-
tia et de plenitudine Caesareae Nostrae potestatis totaliter derogamus et derogatum
esse volumus. Ad haec praefato Pro-Rectori, sive Rectoratus Munere functuro
damus et concedimus Facultatem, ut possit ac valeat Tutores et Curatores confir-
mare, ipsosque causis legitimis subsistentibus, amovere: Infames tam Juris quam
facti ad famam restituere, et omnem ab eis infamiae notam abstergere, tam ir-
rogatam, quam irrogandam, ita ut de coetero ad omnes et singulos actus
idonei et apti habeantur ac promoveri possint: Nec non filios adoptare
et arrogare, eosque adoptivos et arrogatos facere, constituere et ordina-
re: Insuper filios legitimos et legitimandos, adoptivosque emancipare, atque
adoptionibus et emancipationibus quibuscunque omnium et singulorum etiam
infantium et adolescentium consentire, et veniam aetatis supplicanti-
bus concedere, authoritatemque et decretum interponere; Servos etiam manu
mittere, et manumissionibus quibuscunque, cum vel sine vindicta, et minorum alie-
nationibus, ac alimentorum transactionibus authoritatem pariter et decretum inter-
ponere: Minores quoque, Ecclesias et Communitates laesas, altera parte ad id prius
vocata, in integrum restituere, ac integram restitutionem eis vel alteri eorum conce-
dere, juris tamen ordine in his et in aliis omnibus servato.

Postremo concedimus et elargimur Jolpicus dicto Serenissimo Du- Fri-
derico Duci Megalopolis, eiusque Successoribus liberam facultatem et potesta-
tem singulis in Universitate constituendis Facultatibus singula et peculiaria
conferendi Arma et Insignia, quibus in publicis Scriptis, Editis, Chara-
tis, aliisque actibus loco Sigilli, pro rei necessitate et voluntatis arbitrio uti
possint et valeant, Saluis tamen quoad praedicta omnia authoritate Nostra
Caesarea, nec non Suae Dilectionis qua Fundatoris, eiusdemque Successo-
rum, Suprema Jurisdictione, meroque Imperio, ac aliorum quorumcunque juribus.
Nulli ergo omnino hominum cuiuscunque Status, Gradus, Ordinis
Dignitatis aut Praeeminentiae fuerit, liceat hanc Nostrae Concessionis
Erectionis, Confirmationis, Indulti, Protectionis, Comitivae Palatinae, et alio-
rum supra insertorum Privilegiorum gratiam, vel facultatem infringere,
aut ei quovis ausu temerario contravenire, seu illam quovis modo viola-
re, si quis autem id attemptare praesumpserit, Nostram et sacri Impe-
rii indignationem gravissimam et poenam Quinquaginta Marcarum
Auri puri, totiesquoties contra factum fuerit, se noverit irremissibiliter
incursurum, quarum dimidiam Imperiali Fisco seu Erario Nostro, reliquam
ve-

ro parte Serenissimo Duci Megalopolis, eiusque Successoribus decernimus applicandam.

Harum testimonio litterarum manu Nostra subscriptarum et sigilli Nostri Caesarei appensione munitarum, quae dabantur Viennae die tertia mensis Octobris Anno Domini millesimo septingentesimo quinquagesimo octavo, Regni Nostri decimo quarto

Franciscus

V. R. Comes Colloredo

Ad Mandatum Sac. Caes. Majestatis proprium.
Paulus Antonius Gundel

(auf der 4ten Seite)
Collationatum et Registratum
A. de Stock

Ist mit dem zum Herzogl. Mecklenburg-Strelitzischen Archiv abgelieferten unterschriebenen Originali des Kayserlichen Privilegii, wegen Errichtung einer Universität in einer der Herzogl. Residenz-Städte d.d. den 3ten Octobr. 1758, welches Privilegium auf Pergament geschrieben, in rothen Damast gebunden, und mit dem grossen Kayserlichen aufgedruckten in einer silbernen vergüldeten Capsula geschlossenen Insiegel bekräftiget ist, wortdurch dieses alles abgeschrieben, wörtlich übereinkommen, welches dann wir vi officii hiermit attestiren.
Collat. Pasewin
den 16ten Novemb. 1763

Carl Friedrich Evers
p. t. Archivarius m. m.
(L. S.)

Johann Jeremias Kahlen
Secretarius m. m.
(L. S.)

Da Rector und Consilium dieser Universität zu Bützow
fügen hiermit von Gottes Gnaden Herzog zu Mecklenburg etc.
unsern Gnädigsten Gruß zuvor. Wohlgeborne Hochgelahrte und Hochgelahrte, liebe Andächtige
und Getreue. Wir übersenden Euch hierbei von unserm Archivario in Abschrift
beigefügt ausgewirkte Kayserliche Diploma, wegen Errichtung der Universität in Bützow
zur Nachricht und ohnmaßgeblichen Gebrauch dabey: als Wir Euch mit Gnaden gewogen
verbleiben. Datum auf unserer Residenz Strelitz den 18ten Novembr. 1763.
Ernestus H. z. M.
C. Fr. v. Bassewitz

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn896147479/phys_0008
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn896147479/phys_0009
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn896147479/phys_0010
DFG

Excerpta e Statutis Academiae Fridericianae Bützouiensis.

Prolegomena

Cap. 1.

de Collegio Academico, eiusque membris

§1.

Quatuor facultates more Academiarum Iunctae et cuilibet facultati suus perpetuus honor constato. Vt cuncti Doctores, gloriam Dei, ciuilem tranquillitatem atque litterariae comodum promoueant, studio pacem concordiamque mutuam colant, omnia consilia sua eo dirigant.

§2.

Nemo temere aliquid proponat, quod ritui sacro, et fidei nostrae ~~adversetur~~ libris symbolicis, utpote Augustana confessione non variata, Apologia eiusdem, Articulis Smalcaldicis, utroque catechismo Lutheri atque formulae concordiae comprehensa, atque mecklenburgicorum ecclesiarum agendis, aduersetur. Si cuius alicuius membri de fidei quodam capite, non statim ab aliis praui futilisque erroris haeresesque publicis vel ~~quibusdam~~ scriptis, vel declamationibus damnet, verum modeste prius accurateque illud dissuadeat si illud infectum fidei inuenerit Academiae Rectori tum rem omnem exponat, qui explorato totius collegii consilio, amplioren omnis declarationem requirat. Quodsi eiusmodi controuersia neque Rectoris et Senatus Acad. auctoritate sopiri potuerit, Nobismet ipsis nuncietur.

§3.

Cuidam Professorum gravitatem muneris decentem vitam agat et suo exemplo studiosis praeeat, ab inhonestis et impuris loquendi formulis se abstineat, diligenterque caueat ne vilipendere extera cultus Diuini exercitium videatur. Negligens a Rectore, et si res postulauerit, a toto consilio admoneatur, nisi emendauerit moresque Nobismet deferatur.

§4

Cuilibet professori sincero docendo, disputando operam det. In qualibet facultate limites non egrediantur. Illustrationes tamen causa quaedam ex scriptis ad aliam facult. pertinentibus peti possunt. In vero theologici fuerint argumenti, sobrie circumspecteque illud fiat.

§5

Nemo docentium odio vel artis, vel lucri causa studiosos ab aliis alienare debet, quod humilis liberalisque animi indicium est.

~~§ III~~ § III.

Omnes Docentes praelectiones statis ordinique temporibus defunctis finire debentur.

§ VII

4 hebdomades ante Paschae, et Michaelis, catalogus praelectionum divulgandus est. Circa Natalitia, Paschalia, Pentecostalia ultra quatuordecim, aestivo vero omissisque tempore ultra 8 dies feriae sunto.

§ VIII

Omnia fundamentalia distinctis sunt horis habenda

§ IX.

Professores disputationes publicas habere debent, Novi et sermone aditiali, et publica disputatione intra proximum semestre certandi munus omissum aupspicentur

§ X.

Studiosi testimonia diligentiae a Decanis exhibent

§ XI

Si vacaverit locus Professoris, conveniant electi, et tres celebres viros ordinis commendent.

§ XII

Professor vocatus statim habito sermone aditiali, in concilium Acad. ab ipsius Rectore introducatur, si prius eiusdem Rectoris voce admonitus, data dextera, promiserit, se

1, Statuta Acad. fideli obtemperaturum

2, honestam et publicum Professorem decentem virumque rationem nunquam non exiturum

3, sanctam deinque cum collegis stabilemque concordiam culturum. Post iusiurandum recitare tenebitur

§ XIII

Rites de conferendis dignitatibus Acad. Statutis singularum facultatum praescriptis rite sanctegue observentur.

§ XIV.

Festa nativit. Christi, Paschatis et Pentecostes, programmata ab ordinis theol. Decano 4 plagulas non excedentia ad studiosos convocandos conscribenda publicandaque sunt.

§ XV.

Juris Professor causas in foro agere non debeat, nisi a Nobis impetrata venia.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn896147479/phys_0012
DFG

Caput 2.
de Rectore Academiae eiusque Officijs

§1.

Privilegiorum administrationem gerat, tanquam Supremus huius Litterariae civitatis Praeses, Rector Academiae ex Professorum ordinariorum numero eligendus. Cuncti Professores sedulo caveant, auctoritas dignitatee Rectorij ne vilescat, dum ejusdem Academiae existimationi fit detraheretur. Quaret Rector decenti semper gravitate, moribusque vivat ipso ipsto fastigio digno.

§2.

Rectorij munus per semestre spatium ab ipso inaugurationis Academiae die computandum, quilibet Professor ordinarius sustineat, quo finito successori, utut ordine in consilium acad. receptus sit, munus illud committatur. Si quis tamen nondum anni spatium in Consilio fuerit, officio huic tum demum praeficiatur, dum quando redintegrato ordine per omnes ad ipsum in ordem redierit.

§3.

Senio confectus aut morbo diuturniore liber sit et sequenti rectoratu imponatur. Si autem rectoratu iam recepto, vel abesse cogatur, vel morbo arripiatur munus ipsius vice sustineat Decessor, Prorectorij titulo ornatus, cui insignia tunc Academica tradantur, tertiaque emolumentorum ex rectorali munere capiendorum pars cedat. Nemini tamen Professorum ordinum nisi ex gravioribus causis universo Senatui Academico probatis, muneri Rectorij se subtrahere liceat.

§4.

Triduo ante quam fasces rectorales successori tradendi Rector Acad. Senatum cogat, et terminum adpraefigendae indicet, simulque nuncupet, ad quem ordine ferente munus devolvatur. Collegarum tunc suffragijs collectis, si patuerit, constitutum superos ordinem servandum esse, decretum in Litteras relatum, Secretarii ore subscribenti Rectori exponatur. Quodsi vero causae intercesserint, quare successori Rectoris non deferri possit, plaride eadem propanantur, reique maiori suffragiorum numero comperatur, vel ad Nos deferatur. Et in hoc consessu adsessores Consilii antiquiores denominandi sunt.

§5.

Pridie eius diei qui introductioni Rectoris dictus, publico programmate omnes invitentur ad panegyrin. Civitas totam fixam Senatus Academ. et honoratiores in hoc Consilii congreganter, indeque in Auditorium pompam ducant solennem musicis concentibus exornandam, quibus finitis, Rector magistratu abituru

quae elapso Semestri in academia, ipso eandem administrante euenerint notabiliora, stricta oratione recenset, votaque pia pro Salute Principis, Patriaeque et Florе Academiae nuncupet, praefectis artt. decanis Consilii, praesertim artium Assessoribus, ob praestitam ipsi Academiam gubernanti, opem, grates persolvat, subsessum Senatus Acad. suffragiis constitutum publice renunciet, eumdemque in cathedram vocet. Qui in cathedra constitutus, fidei nobis praestandae et muneris recte administrandi Sacramentum sequens statim dicat: — — —

Quo praestito, Rector munere se abdicans, insignia Academica Sceptra, Leges, matriculam, Sigilla cum reliquis, in manus successoris tradat, fortunatam academici magistratus administrationem precetur. Orationis a decessore pronunciatae exemplar, manu secretarii descriptum, in tabulario academico recondatur annalibus Academicae libris aliquando componendis inserturum. Capessens vero rectoratum, breui dein habito sermone Consilii auxilium, et praecipue artium Assessoris opem sibi expetat, moremque vitam moresque legibus acad. conformet, tumque precibus pro salute Principis, Patriae, Academiaeque fusis, finem dicendi faciat. Quibus peractis, Senatus acad. cum auditorum corona Rectorem in aedem Consilii deducat, et quisque domum suam recipiat.

Neque omnino instituantur isto die, neque musici concentus a studiosis ducantur, neque clamores nocturni edantur.

§ VI.

Rector Acad. gloriam Dei, Privilegia acad. promoueat, atque curet, vt omnes acad. ciues, omnesque ordinis sint, officii sui partes rauite exsequantur, in delinquentes auctoritatem suam adhibeat, remque, si grauior ipsi visa, Senatui Acad. denunciet.

§ VII.

Jurisdictionem talem exercet Rector

1, In lite contra Academiae ciuem, Rector vocatis ad se partibus, litem amice componat, si vero ex voto haud cesserit die tuno partibus dicto, a consilio arbitri causa breuiter cognita finiatur. Si contra studiosos agitur, scriptis id fieri nunquam liceat, ne dissenti litibus in litem negligentius respondi, autem capiendi
2, Si contra honoratum sit lis, tota causa scriptis ventiletur libellis, disceptatio collegio Actorum committatur.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn896147479/phys_0014
DFG

3, Si cui Sententia Rectoris et consilii arbitrio displiceat, prius ad Senatum Acad. quam ad Vos deferatur.

§ IIX.

Rector delinquentes coercet

1, Delinquens statim arresti vinculo per Bedellum constringatur, si ne urbe excedat ante causam peroratam, vel domo egrediatur, si criminis gravitas postulaverit, vel omnino, militum praesidiariorum custodiae tradatur.

2, In perpetrati delicti rationem, facultatesque soloris a Rectore et consilio acti. inquiratur. Minoris tamen momenti facinorum rei, non requisito consilii act. suffragio, solus Rector unius diei Carceris poenam dicendi potestate gaudeat.

3. Qui semel delictum commiserit, inque idem crimen denuo ruerit, coram consilio act. constitutus, gravitergue a Rectore increpatus, acerbiores poenas pendat. Nisi vitam emendaverit, proscribendus erit, literis ad Parentes aut alios scriptis.

4. In puniendo Rector et Senatus Acad. aequitatis iustitiaeque sint studiosissimi. Carceris poena, pecuniae multa praestenda, nec redimere eandem sine arctioris conc. consensu, a Rectore ipsis concedatur.

5, Studiosi, ministri, bibliopolae, typographi, bibliopegae aliique opifices sub iurisdictione Academiae latentes, multa vel carceris, aliave arbitraria poena afficiantur, vel privilegiis orbentur.

§ IX.

Studiosus intra octiduum nomen albo Acad. inscribat.

§ X.

Litterae ad concilium integrum l. arctius datae, Rector resignabit, Senatuique Acad. proponat. Ad quas si publico nomine responderdum fuerit, id negotium ab Eloquentiae Professore ordinario, nisi quidem iuridica gravissimum argumenta ~~fuit~~ tractanda fuerint, utpote quae proprie constituti Syndici curae committantur. Quicquid vero Rectoris et Senatus Acad. nomine edendum est, non nisi adhibito prius consilii act. consilio expedatur.

§ XI

Omnia edicta, citationes, relegationes et eiusmodi scripta tabulae publicae affigenda, vel si quidem ab Eloquentiae Professore ordinario conscripta sint, Rectoris nomine promulgentur. Si vero Professor alicui panegyricam orationem instituere libuerit, ipsius nomine tabellae invitatoriae scribat, edatque, quod idem negotium Eloquentiae professor suscipiat, quoties publicae solennitates, neque ab universa Academia, neque a facultatum aliqua ~~indic~~ agantur, indicenda erunt

§ XII

Aerarium Acad. administret Rector, et multae a studiosis solutae quinta pars Bidello, residuae summae trientem alterum Rector, alterum

aerarium Acad. accipient, certus vero aequa lance inter consilii arctioris assessores distribuatur

§ XIII

Pauperibus ex aerario, haud tamen nisi consensu consilii art. vltra numum unum vicialem largiatur Rector

Caput III

de Senatu Academico

§. 1

Privilegiorum §§. 8, 9. 10, 11 perpetuae legi vim habeant.

§ 2.

A consilio arctiori, praeside Rectore, omnes causae firmus Acad. dirimantur, exceptis tamen relegationis delictis quae omnium Senat. acad. membrorum suffragiis fieri debent.

§ 3.

Prudentiam adhibeant Rector et cons. arct. ne studiosos praesentia delictum negantes, ad iusiurandum admittant.

§ 4.

Senatus a Rectore Academico convocatus, fidelius adesto. Absentes ex legitima causa, suffragii ius eo ipso amittunt, nisi alteri votum commiserint.

§ 5.

In ipso consilio statim Rector, causa proposita, sententiam suam aperiat, eamque excipiant reliquorum assessorum suffragia, eo quidem ordine, quo quisque in consilium receptus fit, quae a quolibet fine meta, secundum bonae conscientiae leges ferantur modeste tamen, placideque nec alter alterum in adsensum consilii sui trahere studeat, vel ipsius sententiam acerbioribus verbis, et iurgia rixasque movere aptis perstringat.

§ VI.

Si qua in Senatu Acad. causa ventilanda est, quae ad Professorum consilii aliquem ipsum, vel ad ipsius propinquos, familiares, commilitonesque pertinet, absente isto Assessor eadem agatur, et si praesente isto talis incideret, statim ne aliorum suffragia libera cohibeat, ex Senatu ~~illo~~ ultro, vel a Rectore admonitus discedat.

§ VII

Formata tuno decreta sine mora exsequantur. Si paria fuerint suffragia, Rectoris vox decidat, sique dimidia Assessorum Consilii pars, altera licet tamen sua culpa absente, in sententia quadam convenerit, ista statuti instar placitique, quo absentes pariter teneantur, valeat, inque tabulas a Secretario referatur. Improbata tamen eiusmodi conclusum et reliquis collegis. Neque Rector executionem

decretorum suo arbitratu differat, sed si moram recedi caussa intervenerit, Consilio vel vniuso vel arctiore consistente, ista indulgeatur.

§ IX

Carta decretaque in comitiis eiusdem Assessor sub fide iurisiurandi silentio taciturno legant, neque collegarum alter alterius suffragium gelam faciat, quo simultates inde metuendae vetentur

§ IX.

Quodsi Rector partes muneris sibi comissi ita negligere deprehensus fuerit, vt saluti Acad. metuendum sit, arctioris coni. Assessor tempestive Senatum Acad. admoneant, collatisque omnium sententijs quae ratione ipsi periculo occurrendum sit, statuatur

Caput IV.

de Redituum Academicorum administratione

§ 1.

Suffragij comitiis constituendi quaestor, alter quidem super stipendia, alter quindij eidem conferendij, aliisque eius officijs praesit

§ 2

Hic muneribus per quadriennium praesint.

§ 3

Rationes acceptorum et datorum accurate subducta Rectori et comitiis Acad. sustinendas reddant, quod Rector quoque finito Rectoratu successori praestabit

§ 4.

Quaestor fidem Rectori Senatui iureiurando obstringat

§ 5.

Munus isto, qui fungitur, quotannis 20 imperiales accipiet pro studijs, reditibus Acad. auctis, augendis.

Cap. V.

de Secretario Acad.

§ 1.

Rector et Senatus Acad. ius habeat, suffragijs suis eligendi virum probatae fidei atque dexteritatis in secretarium, qui pontum praestet Rectori atque Senatui suum officium.

§ 2

Iure iurando obstringendus erit

§ 3.

Praesto sit conventibus acad. et litteras Acad. Magistratui urbano aut alijs honoratioribus aut nuncianda deferat.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn896147479/phys_0017
DFG

§ IV

Praeter annuum salarium sportulis adhuc aliis a Senatu Acad. ipsi adsignandis fruatur.

Cap. VI.

de linguarum et exercitiorum magistris

§ 1.

Hi caveant, ne aliquid committant, quod deo, probis moribus adversetur.

§ 2.

Praesertim qui corpus apte ad leges et musices concentus movere docebunt, ne a senioribus studiis iuvenes abstrahant, serio incubent, ne utriusque sexus personis congregatis, choros inducant agitentque, strictim prohibentur

§ 3.

Nemini nisi venia Senatus Acad. facultas data sit, linguas aut exercitia docendi.

Cap. VII

de ministro Acad. et eius officio, nec non de Academiae famulo.

§ 1.

Minister publicus Academiae suffragiis eligatur, qui, quo Secretarii vel absentis l. impediti partes suscipiat, Notarii publici iura consequatur, latini sermonis peritus, probataque fidei industriaeque vir, quo commissa a R. et C. rite exsequatur, curiamque constringendus.

§ 2.

Ad omnia attendat, legum violatores ad R. deferat.

§ 3.

Et tabula publica proponenda, exceptis lectionum scholasticis professorum, Rectori prius exhibeat. Privatorum doctorum scholae prius nomine Decani muniantur.

§ 4.

In tumultu auctores prohibeat, et arrestum indicandi potestate gaudeat, inconsulto tamen Rectore, cui tamen mox universam causam exponat.

§ 5.

Scripta publica mature cuilibet tradat.

§ VI

Civium Acad. bona sub hasta vendat, sine damno possessoris.

§ 7.

Praeter stipendium sportulae accurate in tabula ipsi praescribantur

§ 8.

Famulus Curiae momenti munera obeat

Cap. IIX
de
Ratione conseqvendæ vitæ civilatis academica

§ 1.

Lucrunque ex § 2. privilegiorum, in album Acad. relatus, statim omnibus Acad. iuribus gaudet.

§ 2.

Qui ab exteris Acad. dignitate gradus auctus, albo nostro se inscribendum cupit, iuret: se R. et C. debitum honorem etc. præstaturum.

§ 3.

Studiosi litterarum fidem h. data decem obstringât.

1, se Rectorem et Senatum Acad. decente venerator-
2, Collegibus Acad. latis et edictis Scriptis obedien-
tes se gessuros
3, Injuriam ab aliis illatam ipsos non vindicaturos
neque privatas pugnas inituros, neque tandem
4, Juncti ipsius arresti vinculo, nisi finita
causa, vel impetrata a Rectore venia, abruptos esse

§ 4.

Studiosus adventans, Philosophorum ord. Decano sese sistat, qui quantum profecerit, in litteris, inquirat, et morum probitatisq; perpetuum cultum diligenter suadeat. Cuius a Decano Philos. ord. examinis tesseram, quam signum depositionis vocant, linenes deinde ferent.

§ 5.

In provinciis nostris aliquando officio functurus, prospectaque a facultate, in cuius gratiam scholis renatus est, testimonium petiturus, apud Decanum illius facultatis nomen suum profiteatur, idque in libellum referri decenter ambeat, quod absque sumtibus ab ipso impetrabit.

§ VI

A studiosis huius civitatis quibuscunque gradibus imperiabus, quorum unus cedat Rectori, alter Decanus ord. Phil. tertius Aedilis Acad., quartus Bibliothecae publicae, quintus denique Bedello detur. Qui vero ex aliis Academiis ad nostram accedunt, 4 imperiales tantum solvere teneantur, quos Philos. Decanus haud participet.

§ VII

Artifices opificesque impetrata a nobis venia ab universitate constituendi pares civitatem acad. solutis 5 imperialibus, eadem ratione distribuendis, nisi quod imperialis

Decans philos. adjs. soluendy; in aerarium publicum
inferatur.

Caput IX.

Leges, quibus studiosi in Aca-
demia Rutzoviensi tenentur.

Quoniam impressae sunt, non hic transcribam.

Statuta haec signata erant
in Arce nostra Sverinensi die decima
sexta Junii 1762.

Fridericus Dux Meckl.

Mss. orient. 281.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn896147479/phys_0020
DFG

obstantibus aliquibus Legibus, quibus cavetur, quod naturales, bastardi, spur-
res, nothi, vel alii quicunque ex illicito et damnato coitu procreati, vel procreandi, n
possint, nec debeant legitimari, liberis naturalibus legitimis existentibus, vel sine volun-
tate et consensu filiorum naturalium et legitimorum, aut agnatorum, aut feudi Do-
minorum et specialiter in authen: quibus mod: nat: effic: leg: §. quib: mod:
nat: effic: sui per totum et §. Naturales, ff. de feudo contrav: fuer: inter Dom: et
Agnat: et C. jubemus, C. de emancip: liber: et aliis similibus, quibus Legibus 4
et cuilibet ipsarum volumus expresse, scienterque derogari, neque etiam obstantibus
in praedictis aliquibus contrahentium dispositionibus, et defunctorum ultimis vo-
luntatibus, aliisque Legibus, Locorumque Statutis et Consuetudinibus, etiamsi tales
essent, quae exprimi deberent aut de quibus hic mentio specialiter facienda esset:
Quibus obstantibus et obstare valentibus, in hoc casu dentaxat, e[x] [lore]n-
tia et de plenitudine Caesareae Nostrae potestatis totaliter derogamus [gatum]
esse volumus. Ad haec praefato Pro-Rectori, siue Rectoratus Mu[nere] [ecturo]
damus et concedimus Facultatem, vt possit ac valeat Tutores et Cu[ratores] [congru-]
mare, ipsorque cautis legitimis subsistentibus, amovere: Infames [et] [quam]
facti ad famam restituere, et omnem ab eis infamiae notam abst[ergere] [em ir-]
rogatam, quam irrogandam, ita vt de coetero ad omnes et sin[gulos] [ctus]
idonei et apti habeantur ac promoueri possint: Nec non fili[os] [ctare]
et arrogare, eosque adoptiuos et arrogatos facere, constitu[ere] [rdina-]
re: Insuper filios legitimos et legitimandos, adoptiuosque em[ancipare] [e, atque]
adoptionibus et emancipationibus quibuscunque omnium et sin[gulorum] [n etiam]
infantium et adolescentium consentire, et veniam aetatis [impertiri] [canti-]
bus concedere, authoritatemque et decretum interponere: seruos [manu]
mittere, et manumissionibus quibuscunque, cum vel sine vindicta, em[ancipa-] [n alie-]
nationibus, ac alimentorum transactionibus authoritatem pariter e[xhibere] [n inter-]
ponere: Minores quoque, Ecclesias et Communitates laesas, altera[s] [d pristi-]
vocata, in integrum restituere, ac integram restitutionem eisque vel a[lteri] [m conce-]
dere, juris tamen ordine in his et in aliis omnibus seruato.

Postremo concedimus et elargimur Joepeus dicto Sereni[ssimo] [Lui Fri-]
derico Duci Megalopolis, eiusque Successoribus liberam facult[atem] [potesta-]
tem singulis in Vniversitate constituendis Facultatibus singula[ribus] [uliaria]
conferendi Arma et Insignia, quibus in publicis Scriptis, E[pistolis] [harda-]
tis, aliisque actibus loco Sigilli, pro rei necessitate et voluntat[e uti]
possint et valeant, saluis tamen quoad praedicta omnia authe[nticis] [stra]
Caesarea, nec non Suae Dilectionis qua Fundatoris, eiusder[n] [ccesso-]
rum, suprema Jurisdictione, meroque Imperio, ac aliorum q[uo]rum [que juribus.]

Nulli ergo omnino hominum cuiuscunque Status, [Ordinis]
Dignitatis aut Praeeminentiae fuerit liceat hanc Nostrae [Concessionis]
Erectionis, Confirmationis, Indulti, Protectionis, Comitiuae Palatinae, et alio-
rum supra insertorum Privilegiorum gratiam, vel facultatem infringere
aut ei quouis ausu temerario contravenire, seu illam quouis modo viola-
re, si quis autem id attemptare praesumpserit, Nostram et sacri Impe-
rii indignationem grauissimam et poenam Quinquaginta Marcarum
Auri puri, totiesque quoties contra factum fuerit, se noverit irremissibiliter
incursurum, quarum dimidiam Imperiali Fisco seu Erario Nostro, reliquam
ve-

UB Rostock 051400
the scale towards document
Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 309
Patch Reference numbers on UTT
Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn896147479/phys_0021
DFG